



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

14. Kaiser Ludwig leugnet, dem Herzoge Erich von Sachsen etwas schuldig
zu sein, und ladet ihn zu sich ein, in die Mark Brandenburg zu kommen,
am 25. Januar 1337.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55801)

13. Die Bischöfe von Ratzburg, Lübeck und Schwerin bezeugen dem Pabste Johann XXII., daß Herzog Erich von Sachsen den päpstlichen Befehlen gegen den Kaiser Ludwig und gegen dessen Sohn, den Markgrafen von Brandenburg, gehorche, am 2. September 1333.

Sanctissimo in Christo patri et domino suo, domino Johanni, diuina prouidentia sacrosancte Romane ac vniuersalis ecclesie summo pontifici, Marquardus Raceborgensis, Hinricus Lubicensis et Ludolfus Zwerinensis ecclesiarum episcopi, cum omni humilitate et fidelitate deuota pedum oscula beatorum. Ad audientiam s. vestre cupimus peruenire, quod illustris princeps dominus Ericus, dux Saxonie, Angarie et Westfalie et sacri Romani imperii marscalcus semper se gessit et habuit et adhuc se gerit et habet erga s. vestram et sacrosanctam Romanam ecclesiam sicut filius obediens et deuotus. Quandocunque enim et quecunque mandata s. vestre venerunt et veniunt ad nos et ciuitates ac dyocesces nostras contra baurum vel primogenitum eius aut alios sacrosancte Romane ecclesie emulos, ipse huiusmodi mandata, quantum in eo fuit et est, humiliter seruauit et seruat et in huiusmodi mandatorum publicatione nobis cooperabatur et cooperatur fideliter et deuote. Et si dominus Rodolfus, dux Saxonie, frater patruelis eiusdem domini Erici ducis, aliquod fedus vel aliqua federa cum dicto bauro aut eius primogenito, qui se gerit pro marchione Brandenburgensi, vel alijs sacrosancte Romane ecclesie emulis iniuit, noscat s. vestra, hoc de voluntate et beneplacito dicti domini Erici ducis minime fore factum. Supplicamus igitur s. vestre humiliter et deuote, quatenus petitiones, s. vestre pro eiusdem domini Erici ducis persona, vobis ac sacrosancte Romane ecclesie tam fideli ac deuota, vt predicatur, directas, gratiose dignemini exaudire. Et in testimonium premissorum sigillis nostris presentes litere sunt munite. Datum in castro Raceborgh, anno domini millesimo CCC°. tricesimo tercio, feria quinta proxima ante diem natiuitatis beate Marie virginis.

Nach Dr. Eubendorfs Registrum II, 186, Nr. 97.

14. Kaiser Ludwig leugnet, dem Herzoge Erich von Sachsen etwas schuldig zu sein, und ladet ihn zu sich ein, in die Mark Brandenburg zu kommen, am 25. Januar 1337.

Dem hochgeborn Erick, herzogen ze Sachsen, vnserm liben getrewen.
Wir Ludowig, von gotes genaden Römischer keiser, ze allen zeiten merer des riches, enbiten dem hochgeborn Erick, herzogen ze Sachsen, vnserm liben getrewen, vnser huld vnnd alles gut. Wir danchen dir vleizziglichen deiner trewen vnnd deines guten willen, als du dich mit deinem dienst vns vnnd dem riche

erbuhest, vnd des willen wir dir gern danchen mit allen sachen, darzu du vnserer forderung bedarft vnd die du an vns bringent bist. Als du vns geschriben hast vmb daz gelt, des wir dir schuldig sullen sein, solt du wizen, daz vns nicht chunt ist, wie oder warvmb wir dir des schuldig worden sein. Davon raten wir dir vnd heizen dich es auch, swenn du hörest, daz wir in der March ze Brandenburg sein, da wir doch kurezlichen hin mut haben ze chomen, daz du dich dann dahin zu vns fuderst, so wellen wir dich dann lieblich darvmb verhören vnd dir ein aufrichtigung darvmb geben, also daz dich des bentiget. Geben ze Nurnberg, an sant Pauls tag, als er bechart ward, in dem drey vnd zwenzigisten iar, vnseres riches vnd in dem zehenden des keiserthumbs.

Nach Dr. Eubendorfs Registrum II, 491, Nr. 100.

15. Markgraf Ludwig verleiht der Stadt Fürstenberg das Recht freien Verkehrs in der Mark Brandenburg, am 5. Januar 1350.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi etc. Nos Ludewicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes palatinus Reni, Bauarorum et Karinthie dux, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Tirolis, Goricie Comes, Nec non Aquilegiensis, Tridentinensis et Brixinensis Ecclesiarum advocatus: Pensantes turbaciones et dispendia quibus discretos viros Consules et totam Communitatem Ciuitatis forstberg, specialiter nostros dilectos, hactenus propter nostri conferuacionem perplexos fore nouimus, ipsis presentibus et posteris in refusionem premissorum hanc gratiam fecimus, Quod cum suis mercimoniis qualitercumque nominatis terras et districtus nostros Marchie libere perpetuis temporibus transire poterint nauigio vel curribus sine theolonei, ducatus seu conductus cuiuslibet dacione. Quare singulis et vniuersis nostris fidelibus marchie theolonariis presentibus et futuris iniungimus nichilominus et precipimus nostre sub optentu gracia seriosius et maiorius, quatenus predictos consules et ciuitatis incolas premissis, residenciarum iure ciuili continuando facientes, ibidem de theolonio omnium mercimiorum suorum quorumcumque ut premittitur ipsis scientifice et probabiliter spectancium deinceps supportatos habeatis. Et quicumque ex premissis theolonariis nostram premissam gratiam infringere presumpserint vel quouismodo attentare conauerint hij nostram indignacionem se nouerint incurfuros. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri munimine firmiter communitas. Testes vero huius sunt Nobilis vir Guntherus, Comes de Swarczburg, dominus in Spremberg, Nec non Strenui viri fridericus de Lochen, Wolfhardus de Saczenhofen, Curie nostre magister, et Johannes de Hufen, Camere nostre